



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Totivs Tractatvs De S. Matrimonij
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

Sánchez, Tomás

Coloniæ Agrippinæ, 1624

16. Arbiter & arbitrium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41559

20 *De Amplexu, Appell. &c.*

sa accepit, sunt sponsalia. Idem dicendum,
si fœmina requisita sponte manum dedit ad fi-
dem recipiendam, lib. 1. disp. 22. num. 5.
¶ 6.

Arbiter, & Arbitrium.

1 Arbiter, & arbitrarius non possunt recu-
fari, nisi existente nouâ caufâ, vel dehûo co-
gnitâ, lib. 7. disp. 113. ¶ nu. 8.

2 Quando requiritur arbitrium alicuius,
& ille non vult arbitrari, vel male arbitratur,
debet recurri ad iudicem, lib. 1. disp. 34. nu. 32.

Archiepiscopus, & Archipresbyter.

1 Archiepisco, & Episcopi, possunt validè
dispensare sine causa in constitutionibus suæ
synodi diœcesanæ. Secùs dicendum de decre-
tis synodi prouincialis, lib. 8. disp. 17. à nu. 32.
usque ad 37.

2 Archiepiscopus non potest adiri à subdi-
tis suffraganei, ut retractet sententiam matri-
monij bis confirmatam, aut à qua appellatum
non est, quando postea error reperitur, lib. 7.
disp. 100. nu. 9. & 10.

3 Archipresbyter Ecclesiæ Cathedralis nō
potest interesse matrimonio, nec administra-
re alia sacramenta in tota diœcesi. Secùs, si es-
set deputatus, & esset annexum ex officio, sed
hodie non est talis consuetudo, lib. 3. disp. 27.
num. 2.

Arrha.

1 Arrha, quæ est signum matrimonij con-
trahendi, valet in sponsalibus. Sed, ut valet,
requiri-